



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 87. Fridericus Imperator ex Italia in Germaniam reversus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. LXXXVII.

Sæcul. XV.

A.C. 1492.

*Fridericus ex Italia in Germaniam
reduc.*

Fridericus Ferrariæ adhucdum moratus, Galeatium Francisci Sfortiæ Mediolanensis Ducis Filium cum ingenti apparatu nomine Patris sui obvium habuit, & magnificis, quibus ab eo auctus erat, muneribus placatus, Franciscum denuo in gratiam recepit, ejusque Filium aurei velleris Equitem creavit. Id nempe Friderico, cetera laudatissimo, vitio vertitur, quod munerum illecebris expugnatus, nimia facilitate exorari se pateretur, atque Idcirco modicam etiam sui existimationem in Italia relinqueret, eoquod bonæ quidem indolis Princeps, pacis tamen conservandæ, quam belli gerendi studiosior haberetur. Nec abs re id erat; quippe ædificiis, hortisque unice delectabatur, ac pretiosa quæque accumulare undique satagebat, majoris habens imperii tranquillitatem, quam nominis sui gloriam. Ita Æneas Sylvius, qui ei a secretis erat, de illo sentit, nihilominus hic idem raras hujus Imperatoris animi dotes magnifice extollit, dicens: *Multa sunt in hoc Cæsare, quæ laudare possis: Corpus egregium, & species Imperatore digna, animus sedit ad finem. & tranquillus, ingenium perspicax &*

Æn. Sylv. de Europ. c. 22.

ad finem.

His. Eccles. Tom. XXVIII. Y memo-

Sæcul. XV. *memoria tenacior, religionis ardens zelus,*
A. C. 1452. *singularem virtutem in quovis homine dili-*
git, dignamque præmio ducit. Hæc Syl-
Antonin. vius. Sanctus Antoninus, Florentiæ
tit. 22. cap. 12 **Archiepiscopus illius vitia haud silentio**
S. 3. *præteriens refert, se eum cum toto suo*
clero excepisse, ac cum illo collocutum
fuisse, nihil autem (sunt Antonini verba)
Imperialis Majestatis visum est in eo, nec li-
beralitas, nec sapientia, cum quasi semper
per alium loquebatur: sed multa cupiditas,
cum munera honeste quæreret, & libenter
acciperet. ()*

Impe-

(*) *Non miramur, Fridericum Principem*
pietate, prudentia, omnique virtutum genere
excultum quorundam exterorum censuram effu-
gere haud potuisse; nam non paucis solemne
est, in Principibus etiam virtutes carpere, hinc
ipsemet Fridericus probrosa contra se dici inau-
diens. Au nescitis, inquit, Principes quasi si-
gnum ad sagittam expositos esse? Turres qui-
dem fulmina præalta feriunt, humilia tecta
prætereunt: at nobiscum bene agitur, si ver-
bis tantum impetitur. Fateamur illum bella
horruisse, pacis otium coluisse; sed laudabile o-
tium, unde quies est populo, & ut ait Philo,
pax vel magno conjuncta damno est bello sem-
per utilior, nec turpe est munera sponte oblata
una manu accipere, & alia in bonum publicum
erogare, quod & fecit Fridericus, qui adeo li-
beralis

Imperator demum per Venetias in Sæcul. XV.
 Germaniam rediens, ibidem denuo per- A.C. 1452.
 honorifice exceptus, pluribusque mune-
 ribus honoratus est.

§. LXXXVIII.

*Fridericus Ladislaum puerum a se
 dimittere compulsus.*

Redeuntem ex Italia Cæsarem Hungari
 adeunt, Regem suum Ladislaum pue-
 rum petentes. Hic ipse in Italia sæ-
 pius, licet irritò semper conatu, fugam
 tentaverat. Fridericus enim adeo nobi-
 lem captivum plurimi habens, ejus liber-
 tatem sollicitantes rejecit, hac tamen re-
 pulsa Austriacos tam graviter offendit,
 ut Cæsarem intra novæ Civitatis moenia
 obsiderent. Verum cum juvenem Prin-
 cipem a se ultra detineri haud posse
 videret, hinc Fridericus eidem abeundi
 suorumque regnorum possessionem ad-
 eundi facultatem concessit. Ladislaus
 in libertatem assertus, cum præ ætate
 nondum aptus esset suis regnis admini-
 strandis, alieno arbitrio ea commendavit,
 & quidem Hungariam Hunladi, Bohe-
 miam

beralis erat, ut dicere solet, *etsi decem millia
 quotidie adversus Imperatorem ingrati sint, ta-
 men Imperatori quotidie benefaciendum.*